Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



splendor lucis et ꝛc. veni
et illumina sedentes in tene
bris et in umbra mortis.
Sz si essemus docti et inimici
penitus liberati et illuminati
quid prodesset nisi deberemus saluari?
et ideo in duabus sequentibus
saluari petimus cum dicimus.
O rex gentium ꝛc. Veni salua
hominem quem de limo foma
sti. Item. O emanuel ꝛc. Ve
ni ad saluandum nos domine deus
In prima autem petimus salutem
gentium. Vnde dicitur. O rex gentium
ꝛc. In secunda salutem iudeorum
quibus deus declarat legem. Vnde
dicitur. O emanuel ꝛc. ¶ Uti
litas autem ipsius aduentus a diuer
sis sanctis diuersimode assigna
tur. Ipse namque deus sicut patet Luc.
iiii. propter vii. utilitates se
uenisse et missum esse testatur di
cens. Spiritus domini super me et cetera.
ubi per ordinem dicit se mis
sum esse ad pauperum consola
tionem ad contritorum sana
tionem ad captiuorum libera

tionem ad indoctorum illu
minationem ad peccatorum re
missionem ad totius humana
ni generis redemptionem et
ad multorum retributionem.
¶ Augustinus autem ponit tres uti
litates sui aduentus dicens.
In seculo isto maligno quid
habundat nisi nasci laborare
et mori? hec sunt mercimo
nia regionis nostre et ad tales
merces saluator noster uenit.
mercator dat et accipit. dat
quod habet et accipit quod non
habet. Xpc in ista mercatura
dedit et accepit. Accepit quod
hic habundat scilicet nasci
laborare et mori. Dedit
renasci resurgere et in eter
num regnare. Item. Venit ad
nos celestis negociator
accipere contumeliam et da
re honorem subire mortem
et dare uitam haurire igno
miniam et dare gloriam.
Greg. autem ponit iiii. uti
litates siue causas sui aduen